

illos, quos ex Junii aliorumque mente apponit, quoad figuram & consecutionem in metricis prorsus non invenire locum; quoad valorem autem eosdem esse, quos exhibet sacer codex. Sicut enim in prosaïcis maximus distinctivorum in voce sibi proxime præmissa distinguenda locat — qui pro servo agnoscit merca : ita hic quoque Silluck metricæ accentuationis, proxime sibi præmittit munach distinguentem, vicarium —, stipatum servo — non anteriori.

§. 3. Nec majori cum successu hunc locum tractavit Cl. Gullet. comm. L. H. f. 423. c. 2. S. qui hunc facit sensum : *omnes fratres pauperis eum oderunt, quanto magis congerrones ejus recedunt ab ipso. Persequitur (ut eos revocet ad se), verba (sola obtinet suis precibus) non eos ipsos.* Quæ explicatio haud secus impingit contra accentus ac prior illa. Tribuit enim & hic Tipchæ vocis מררף distinguendi valorem citra ullum in tali consecutione ac situ exemplum, adeoque violat axiom. I. una cum secundo quando ob verbum subintellectum טו אמרים connectit cum sequenti לא — המה, quod ab illo fuisset omnino distinguendum per superius dicta.

Dictum V. Eccles. III. 18. 21.

אמרתו אני בלבי על דברת בני האדם לברם
האלוהים ולראות שהם בהמה המה להם :
v. 21. מן יודע רוח בני האדם העולה היא למעלה
ורוח הבהמה היוהרת היא למטה לארץ :